

ses tantùm aliquot, ab Ore Tuo hæsi; ut non pudeat me  
etiamnum, TE non Doctoris amplius, sed Patris instar  
quodammodo honorandi. In cuius justis Affectus memo-  
riam, ne nihil interim meritis Tuis compensetur, ecce Hi-  
storiam quandam Anatomico-Medicam Tibi, talium per-  
amanti, offero, enixè rogans ut benevolâ, quæ clares, fron-  
te, illam accipere ne dedigneris.

DEUS Magnificentiam T. servet, concedatque cle-  
mens, ut non innumeris solùm decumbentium Ægrorum  
Familiis, tanquam salutiferum sidus, porrò affulgere, sed  
proprio etiam floridæ senectutis exemplo edocere queas,  
non posse illum gloriosè aliis mederi, nisi qui Ipse sit Lon-  
gævus. Vale. Scrib. Wittebergæ, d. 26. Febr. st. v. 1662.

HISTO-